38.

Latin

510.

Cum Academiâ hæc Inflammati Adolescentes, uosq; cæteri nobiliss: uiri non minus ad publicam Studiorum omnium utilitatem, quàm ad priuatum commodum, et exercitationem cuiusq; nostrum inuenta, atq; constituta sit, factum est, ut cum Ego eum Aristotelis Librum, qui græce ἠθικῶν νικομαχείων, Latinè de uita, et moribus ad Nicomachum titulum habet, patrio sermone et uernacula lingua mea, hoc est Florentino idiomate, queadmodum primò constitutum fuerat, interpetrari aggressus essem, factum est inquam, ut prio: re consilio, ut fit, commutato, inter hosce Inflammatos Adolescentes multa opinionum dissensio coborta sit. ex hor. n. Academicor. numero, quos hic frequentes honoris mei causa sedere uidetis, non pauci rectius esse censebant, si Latinis uerbis, non etruscis agerem, ac externa lingua Romana potius, quàm materna Florentina in explananda uteret, atq; id cum alias nonnullas ob causas, tum præcipue, ut non Italicis tantum, sed prouincialibus etiam hominibus, et maximè Francis, ac Germanis, consuleretur. Alij uerò prorsus contra existimabant, censebant. n. utilius esse, si etrusce, et non Latinè interpetrarer Liberis, qui cum omnium ad uitam humanam benè, beatèq; uiuendum est utilissimus, tum omnibus etiam cuiuscunque generis hominibus maximè necessarius, præsertim cum ea sit hoc tempore Tusci idiomatis dignitas, atq; existimatio, ut non apud Italos modo, sed apud externas quoq; nationes multas in ore, atq; in honore habeatur. Ego uerò qui hanc prouinciam, duram sanè, et meis uiribus longe maiorem suscepi, ut uoluntati eor., quibus parêre oportebat, morem gererem, cum rem controuersam esse uiderem, aljs aliter sentientibus, animi dubius, neq; in hanc magis, quàm in illam partem inclinans, integram rem ad Academicos rettuli, ut ij: si suffragijs inter se, utrum hor. duor. conducibilius, si non meliori, maio=

ri certè parti uideret^r, decernerent, itum in consilium est, uicit ea sententia, quę latinam interpetrationem preferebat; Latinè itaq; post hac interpetrabimur, si non eo, quo uellemus, et quo sane in tanta tot doctissimor̃ hominum, et optimor̃ uiror̃ frequentia deberemus, saltem, quo poterimus modo, sed prefari iam desinamus, et ad ipsam rem Dijs bene iuuantibus, aggrediamur.

Cum hoc Arist: libros interpetrandi onus longe meis uiribus impar à Principe nostro, cui debebam, refragari nec poteram, mihi primum nihil tale ne sommianti quidem impositum est Studiosiss: Iuuenes, statim cogitare coepi, quonam pacto, hac mea tum ingenij, tum doctrinę minusq; mediocritate, et quam plurimis possem, et quàm maximè prodesse. Hoc unum itaq; die, noctuq; uersanti, veniebat in mentem tria esse in uniuersum hominum genera, quę me auditura putarem. Unum eor̃, qui sine controuersia doctissimi et haberent^r ab omnib̃, et essent, quemadmodum, ter omnes huiusce inflammatę Academię honestissimos, prudentissimosq; patres. Ex Academicor̃ nostror̃ numero, cum nonnulli Alij, tum uerò excellens philosophus, et humanissimus uir Vincentius Magius preceptor meus, ac politissimus in omni doctrina, mihiq; amicissimus Speronus Speronę non modo familię decus, sed Patauinus, et urbis ornamentum, quos uiros tales, ac tantos honoris ut putem, causa nomino, coram quibus Aristotelem interpetrari, ac de uirtutibus uerba facere, non minus ridiculum, aut temerarium esset, quàm Annibale audiente, ut nescio quis, de Imperatoris officijs disputare. Hos itaq; non ut quidem auditores. quid.n. aut stultius, aut impudentius! sed uelut testes eor̃, quę à me dicerent^r, imo uerò tanquam Iudices, quę eor̃ doctrina, et humanitas est, honoris mei causa adesse existimabam.

Alterum genus eorum erat, qui tam ex Academia nostra, quàm ex reliqua Studiosorum multitudine in philosophię Studijs non mediocriter uersati, et exercitati essent, quibus ego non interpetrari, sed interpetrationes nostras cum illis conferre, communicare cupiebam, fieri n. posse arbitrabar, ut quemadmodum illi multa me ingenio, et doctrina sua, sic ego uicissim studio, et diligentia mea non nulla illos docere possem. Tertium, et extremum genus eor fore uidebam, qui ut quod iuri operam darent, ut quod literis humanioribus, mitioribusq; studijs adhęc incumberent, aut nihil ars parum admodum in philosophia promouissent. Hor ego præcipuè commodis ut inseruiam, utilitatiq; prospicerem, omnem meam curam, omnemoperam, atq; industriam adhibendam esse iudicaui, et sedulò hercule me post habitis cęteris rebus omnibus, ita me Dij bene ament, adhibui, quo recta illor studia, præclaramq; dicendi cupiditatem, quantum in me esset, adiuuarem. Hinc factum est Adolescentes, ut dum eor rationem maxime habendam censeo, ad ipsor Arist: uerbor explanationem, quod non nullis fortasse magis gratum, mihi certè minùs laboriosum fuisset, non dum accesserim. Volui n. in his quasi fundamentis iaciendis diutius, ac diligentius immorari, ut quod super desideret intueretr, firmius, ac solidius cum esset, longiori tempore, ut in auditorijs uidemus, perduraret. Ignoratis n. principijs, ac rer causis, etiam quę, et quanta ignoremus necesse est. Quare dabunt mihi hanc ueniam doctiores, ut dum iunioribus consulo, aliquanto longior, ac facilior sim in his rebus explicandis; quę cum sint pulcherrimę, tum uitę humanę maxime sunt necessarię. Hactenus præfati sumus, nunc rem ipsam aggredientes, diuisionem nostram persequamur, nam licet in scientijs diuisiones necessarię non sint, ex ipsar scientiar natura, tum mirum in modum adiuuant studiosos. Quare obsecro uos diligenter animaduertite.

Neminem uestrum esse arbitror eruditissimi Adolescentes, cui non usu aliquando uenerit, aut de his, quibus id acciderit, ne intellexerit, quam longum iter, ac molestum uideri soleat proficiscentibus quidem aliquo, sed quo tamen proficiscant, ignorantibus, idem prorsus ut testatur Alexander Peripateticorum nobilis: euenire solet his, qui alicuius philosophi, uel cuiusuis alius scriptoris, genere librum legunt quidem, sed libri illius auctoris consilium, ac propositum, quod graeci σκοπον, doctius, quamq; longe melior philosophia, quam latinitatis auctor ubiq; intentionem uertit, ignorant. Vide quemadmodum illi plerumq; uia falsi, aut cum feraeuias solitudines, praeruptasq; montium diutius aberrauerint, flumine aliquo impediti, ut ne in latrones, aut ferarum beluarum iniurias incidant metuentes, regredi, ac reuerti coguntur, aut post multa incommoda, ac pericula fessi, ac semianimes multa nocte ad Cauponam tandem perueniunt. Sic itidem bi fere semper, uero decepti, ac per tenebras incendentes, aut in locos quosdam obscurissimos incidunt, à quibus cum se expedire, explicareq; non possint, auertuntur à studio, aut serius, et multo cum labore eo perueniunt, quo maturius, et sine ulla difficultate cognito scopo peruenissent. Quod animaduertes doctissimi graecorum interpetres, quorum sanctissimis manibus sacra facere, ac bene precari studiosi omnes debemus in cuiusq; operis initio, quod interpretandum suscipiunt, nonnulla diligentissime praedocent, quae ab ipsis προλεγομενα, siue προπαιδευματα appellantur. Quae nobis cum non minus utilia, quam necessaria sint, quam dilucidissime, et quam breuissime potuerimus, absoluemus, ut ad ipsum Aristotelem tandem denique ueniamus. Quare obsecro uos, diligentes, ut soletis, animaduertite.

Ornatiss' Adolescentes, ut ea tum incommoda, tum pericula euitemus, in quę
incidere solent ijs, qui ut superius diximus, locum, ad quem proficiscuntur, igno-
rant, constituj hodierno die consilium meum in his Ethicor. libris interpetran-
dis, atq etiam consilij mei ut absurdam, nisi fallor, rationem uobis breuiter
aperire, ut si plerisq uestrum uisum fuerit, hac, qua coepi uia pergam, sin
minus institui itineris nostri ratione uobis auctoribus commutare. Consiliu
meum est, ut cum diuisero primum, unumquemq librum in suos tractatus, et
unumquemq tractatum in sua capita, et unumquodq caput in suas partes, si-
ue potius in eas, quas continebit conclusiones, tunc uniuscuiusq conclusio-
nis singulor. capitu singula uerba diligentissime interpetrari, ac quam-
facillime, et minutissime potero enucleare; ut ueram, ac certissimam
philosophi sententiam elicere possimus, deinde cursus à capite quasi
nouo initio facto incipientes singulas quasq conclusiones accurate per-
pendere, et exquisitissime, quantum nostrę uires tulerint, exsaminare, ut
nihil omnino relinquat intactum, et de quo non aliquid consideremus, et
quanquam ex his, qui in hos libros scripserunt, nullus, uti arbitror, est,
quem non legerim, loquor de his, qui typis excussi sunt, nam recentiorum
philosophorum comentaria manu scripta nulla mihi quidem uidere contigit.
ut quę sane, cur. n. uerum non fatear! ut uiderem, laboraui, tamen nul-
ta eor., quę mihi ad rem facere non uidebunt, de industria, ne frustra
tempus absumamus, pretermittam, imo uero ea tantum recensebo, quę aut
necessaria ad intelligenda Aristotelis sensa iudicabuero, aut uobis quoquo
modo utilia, uel saltem non iniocunda existimauero; eorum plerumq scri-
ptorum, qui in testimonium adduci solent, et quorum è scriptis, quę dican.
penè omnia desumpsero, supresso nomine, quid n. habet, nisi inanem quan

dam

dam ostentationem crebra illa, et ab omnibus nostri temporis interpetrib⁹ usurpata, et repetita tot auctor⁹, tot locor⁹, quę passim, et singulo pene quoq; uerbo nullo delendum ab isto toties citant^r enumeratio, atq; recensio!
Explicaui uobis consilium meum, nunc consilij mei rationem, paucis, si placet, audite, sic·n· ut faciam, quemadmodum intellexistis, cum non nulla alia mouent, me: tum uerò in primis, quia hoc pacto fore spero, ut et uob⁹, quibus maxime cupio, si non ingenio, et doctrina, quę in me nulla, aut certe perquam exigui sunt, saltem studio, et diligentia mea, aliqua ex parte satisfaciam, et naturę etiam meę, cui libenter obsequor, morem geram, hoc·n· ipse ingenio sum, ut cum incredibili bonar⁹ literar⁹, artium q; liberalium studio tenear, nihil equē me delectet, atq; ipsius rer⁹ ueritatis cognitio, ad quam pleno quidem gradu, sed aperta tamen, ac simplici uia, recto q;, ut aiunt, cursu, et non per anfractus quosdam spinosos, et inuia quędam, obscuraq; diuerticula uelim contendere, quo fit, ut, quemadmodum illos non solum diligo, atq; amplector, sed suscipio etiam, ac tanquam Deos ueneror, qui non fumum ex flagore, ut inquit Flaccus, sed ex fumo dare lucem, cogitant, sic eos uice uersa non odisse, atq; auersari non possum, qui optimo fortasse animo, sed pessimo tamen exemplo, et maximo malo nostro omnia, dum nihil nescire uolunt, denissimis, e plusq; cimmerijs tenebris inuoluunt omnia dum uideri, doctiq; esse malunt ineptis quibusdam disputationibus, ac frigidissimis cauillis non tam docent, quam inuertunt omnia immani quadam barbarie. rusticor⁹ alluuie nescio qua, nullo neq; disponendi, neq; docendi ordine seruato, fordissimè inquinant, quicquid in buccam uenit, effatientes dicam, an cuomentes! cui morbo grauissimo mea quidem sententia

ac pestilentiæ nec latius serpet, atq; omnia contagione sua inficiat, quamq; om-
nes iam non modo artes, sed etiam disciplinas occupauit, medicinam fa-
cere, ac remedium adhibere conant^r, cum alijs nonnullis in urbibus
magni quidem præstantes non minus in genere, q̃ doctrina uiri, tum
uerò in hoc patauino doctissimor^m hominum conuentu, et præcipuè in hac
ipsa florentissima Inflammatorum Academia, principibus uiris, et
lectissimis Adolescentibus in quocunq; doctrinar^m genere refertissi-
ma, quos cum partim omnes præsentes oculis, partim absentes cogitatio-
ne, atq; animo intueri omnes possitis, nullum à me nominari necesse est,
quorum egregiæ uoluntati, præclarisq;, ac penè diuinis laboribus, et non in-
citis non modo præsentia, sed futura etiam secula, atq; adeo omnes
omnium gentium nationes mirandum in modum, nisi ne animus fallit de-
bebunt, ut reor Inflammatæ Academiæ immortale nomen, ac gloriam
sempiternam fore. sed de his alias dabitr^r loquendi locus, nunc tem-
pus est, ut quod uerbis polliciti sumus, præstemus, Aristotelem ipsum
aggredi, quare obsecro uos benigne ut facitis, ac diligenter attendi-
te

Delatum est ad me Nobilissimi Adolescentes fuisse uestrum nescio quem, qui sibi non placere dixerit, me in cuiusq; lectionis nostræ initio semper aliquid, anteq; ad ipsam interpetrationem descenderem, præfari uelle, atq; id nulla alia uti audio, ratione adductus, nisi quod hoc, cum penitus inutile, tum etiã inusitatum esse affirmaret, cum à nullo eor, qui in hac preclarissima urbe publicè profitentr, à quibus exemplum capere, quosq; imitari, ac sequi omnino debemus, usurparetr. Ego uerò etsi in hoc, quod inuitus suscepi, fungendo munere nihil æquè cupio, q; ut primum uobis uniuersis, deinde etiam singulis meo labore, ac mea industria satisfacere, ac uestrum cuiusq; iudicium omnibus in rebus meo anteponi uelim. Tamen, ut liberè, quæ sentio, loquar, et bona fide, ut soleo, uobiscum agam, tantum abest, ut hoc mihi omnino inutile, aut reprehendendum uideri possit, ut etiam utilissimum, ac maxime laudandum iudicem, imo uero necessarium esse contendam, nam, ut taceam Lectiones nostras non continuas, sed interpolatas, atq; interruptas esse, cum septem minimum dier spacium inter unam, atq; alteram intercedat, cum interim tamen diuersi autores diuersa lingua à diuersis interpetribus enarrentr, ut taceam etiam, quòd propter doctissimos, atq; undequaq; absolutissimos uiros huiusce Inflammatæ Academiæ patres, multi etiam ex Academicor nostror numero, ut reliquos omittam non audiendi, sed honestandi mei gratia huc accedunt, quam multos.n. in nobilissimo hoc conuessu honoris mei causa adesse putatis, quib cum ego nec ingenio, nec doctrina, nec dicendi facultate, ulla nec alia re ne comparari quidem possim! ut hæc inquam, aliaq;, nec pauca nec minora taceam, an non sæpè fit, ut egregius aliquis uir, seu Adolescens aut nobilitate, aut fortunis excellens, aut ingenio, aut doctrina præstans

huc se conferat, ut uno Academiæ nostræ nomine tractus, ut etiam præsens cognoscat, an his, quæ de nobis auditione, et fama percipit, res ipsa, quod raro fit, atq; consentiat, atq; respondeat; id quod nobis hodierna die accidisse omnes uidetis, coram quo statim nulla præfatione, ac illotis, ut aiunt, manibus rem ipsam aggredi non tam imprudentis, et arcuiusdam et audacis Literatoris, quam stulti omnino hominis, et arrogantis esse uideretur, à quo uitio cum tam longe abesse uelimus, q; quì maxime institutum nostrum uobis probantibus cum opus fuerit, posthac sequemur, nihil alior exempla mirati, nam quemadmodum illos, quì publicè impetrant multis in rebus et laudandos, et imitandos esse ducimus, sic in aliquibus honeste, uti arbitror, ab eis dissentire non modo possumus, sed debemus, cum alia eor, alia sit Academiæ nostræ tum consuetudo, tum etiam ~~vestris~~ ratio, sed de his hactenus, admoneor n. ut ne obtrectatoribus sermonem dem, Aristotelem ipsum aggredi; quare oro uos ut benignè me, ut soletis, ac diligenter audire uelitis.

Laurentius Lentius optime Princeps. Vosq; Ingenui Adolescentes, cum non nulli ex uobis curi agerent, non nulli propter anni tempus ęgrotarent, multi etiã uarijs de causis, alij alibi abessent, ut scitis, ne Academię nostrę Laudabilis mos, atq; utilis consuetudo intercumgeret, ut est non minus ingenio atq doctrina, quàm forma, atq animo liberali Symmum in Herculem Homerì Grecum, latinè interpetrandum hodierno die susceperat, sed cum postridie eius diei in febriculam incidisset, satis quidem primo leuem, deinde uero paulatim magis, magisq ingrauescentem, ut ei tandem pharmaco, et diligenti curatione opus esset, accersito mihi, suas mandauit legendi uices, atq partes demandauit, non ut ei, qui dignè illas, aut satis commodè implere posset, sed quem nullum laborem, dum suis uestrisq commodis inseruiret, recusaturum putaret, id quod est factum. Ego. nprestantiss, ac uerę laudis amore Inflammatissimi Iuuenes, hoc quicquid est negocij, et si occupatus, ac uarijs distracto rebus animo, nõ inuitus tamen suscepi, tum Laurentij prius causa, cui pro amicitia, uicissitudineq nostra, quam ad summum peruenisse existimo, pro eiusq in me, nec paucis quidem illis, nec obscuris beneficijs quicquam negare nec possum, nec debeo, tum uerò precipuo quodam, ac singulari in Academiam nostram studio atq amore. Verum. n. uero cogitanti mihi quid nã potissimum in tanta temporis angustia interpetrandum eligerem, in mentem uenit illius carminis de Adonide interfecto, quod siue nobilissi Poetę Theocriti, siue id pro certo affirmare non ausim, siue Alicuius alius fuerit, et elegans est, et iocundum, addo etiam utile, ac Mysticum quoddam abscondens, ut à Poeta, et quidem greco compositum, quod id circo dictum uolui, ne aliquis uestrum forte miret

inducì in eo non modo amantem, sed etiam loquentem aprum, quor neutrũ nec fuit unquam, nec esse potest. Verum ut nostris, egregijs Poetar ingenijs nihil est non concessum, dummodo aut prosint, aut delectent, quod utrunq siquis diligenter animaduerterit in hoc paruo Idyllio inuenerit, cuius argumentum tale est.

Si quis uestrum forte mirett Nobilissi Iuuenes, quid sit, quòd, cum tot in Academia nostra egregij Adolescentes, tot summi, ac prestantissimi uiri sint; Ego potissimum, qui nec ingenio satis possum, et in literis etiam minusq mediocriter uersatus sum, saepius hoc interpetrandi munus suscipiam, sciat is, non audacia id, aut temeritate fieri mea, qui quale onus suscipiam, et quantum haud ignoro, sed facilitate potius quadam, ac discendi magis, quam docendi studio, nam propterea quod Academicor nostror non minima pars uel abest hoc tempore, uel uarijs districta negocijs, fungi hoc officio non potest, uenit ad me, qui recusare non audeo, hoc n ingenio sum, ut indoctus, aut etiam ineptus q pertinax, aut inofficiosus uideri malim, ita fit, ut à Principe nostro, cui parere omnes debemus, paulo ego frequentius, q coeteri, huic prouinciq destiner, atq delêger, non electus unus, qui maxima id eruditione, sed relictus ex omnibus, qui minimo incommodo facere possim, neq uti satis frequens Academia hæc nostra, sed ne omnino deserta esse uideatr, dum ad id tempus, quod iam aduentat, ac potius instat, perducatr, cum doctissimi homines preclarissimor uiror difficillima, eaq utilissima scripta, continuata Lectione declarabunt. Interim nos quasi ioco modo hoc, modo

illud

illud alicuius Poetę nunc græcì, nunc Latinì, quandoq; etiam etruscì carptim, ac quasi per satyram, ut inquiunt, communis utilitatis causa pro uiribus nostris interpetrabimur, quemadmodum hodierno die elegantem, ac sanè iocundam, nisi fallimur, Q. Flaccì nobilissimi lyricì odem, cuius argumentum tale est.

Quo socijs abs te hoc legendi onus, atq; prouincia propter alior. absentiam imponit., mihi optime, atq; humanissime Princeps, qui et si longe minus sum, quàm alij multi ex Academia nostra in hac re exercitatus, et multi etiam quàm ceteri, tum alijs rebus non nullis, tum uero in legibus uestris, institutisq; unà cum Daniele Barbaro longe nobilissimo, ac doctissimo Iuuene collega mea condendis, describendisq; occupatior, tamen hunc laborem communis commodi causa susceptum recusare nunquam sum ausus. Co est æquius, ut Tu, ceteriq;, qui adsunt, benigniore animo mea uerba audiatis, ac simul quicquid imperitia peccatum fuerit, id egregia uoluntate mea, studioq; parendi compensetis. Eg dem quanto minus ingenio, atq; eruditione me posse sentio, tanto maiorem industriam, atq; diligentiam adhibere soleo, ut eum uoluntati tuę, tum officio meo satisfaciam. Cum itaq; mecum ipse animo uoluerem, quid nam potissimum in tanta temporis angustia, tolq; occupationum quasi fluctibus interpetrandum nobilissimo hoc consessu, uestraq; excellenti tum doctrina, tum grauitate non indignum suscipere possem, in eam opinionem ueni, ut non temere me, neq; factiturum existimarem si eloquentissimi Poetę elegantissimum hymnum ad

sapientissimam Deam Palladem interpretarer, est. n. hymnus hic quantum mihi quidem uidetur, non minus uerborum puritate, atq; elegantia conspicuus, q; sententiarum pondere admirandus. docet hic hymnus, monet dele ctat, quibus in rebus ui probe nostis, singularis consumilt poetarum uirtus, atq; officium. Denique Homeri est à quo ceu fonte perenni Vatum Pie: rijs ora rigant aquis. Verum quo facilius cognoscat, quid nam sub hoc Palladis, Mineruęq; inuolucro, ac figmento intellexerint sagacissimi re: rum naturalium Poetę queso vos, diligenter animaduertite.

Et si tria sunt nobilissimi Adolescentes, quę ut grauissimi autores tradiderunt, unaquęq; oratio quacunque de re instituta prestare, ac conficere debet, ut doceat, ut moueat; ut delectet; Tamen precipuum eius, proprium q; officium est docere aliquid eum, qui audit, quę res uel inde cui uis manifestissime patere potest, quod preclarum hoc, ac plane diuinum orationis, ac loquendi munus uni tantum ex omnibus animantibus, hominum generi à Deo op: max: concessum, ac tributum est. ut cum solum rationis sit, atq; scientiarum capax, possit sensus, ac mentis suę cogitata uel ad suam ipsius, uel ad communem Aliorum utilitatem proferre. Preterea mouere oratione, aut delectare, quin docemus; non possumus ullo pacto, docere uero; etiam si non delectemus, aut moueamus facillime possumus. Quare cum oratio nihil sit aliud, quam earum rerum, quas mente concepimus, nota quędam, ac signa eius nimirum primum opus est, ac potissimum ostendere, id atq; explicare, cui significando destinatę. Quanto itaq; breuius, quan

to

to dilucidius, quanto purius, atq; facilius loquetur Aliquis, aut literis cogitationes suas commendabit, remoto omni fuco, ac uerborũ phaleris, ut dicunt, tanto perfectius cum oratio ipsa munere, atq; officio fungetur suo, tum pleniorem ille, q ac ueriorem ab omnibus laudem consequetur, id quod maxime omniũm, et longe quidem maxime apud græcos Homerus ac Demosthenes, apud nostros Virgilius, ac Cicero diuinitus, uti ego existimo præstiterunt, qua ex re incredibilem nobis utilitatem, sibi ipsis immortalem gloriam compararunt. Verum. n. uero non defuerunt, ut sunt uaria, ac diuersa mortalium ingenia, qui quacunq; id ratione commoti fuerint obscuritatem ipsam studiosissime affectarunt, atq; scripti suis de industria tenebras, et quidem cimmerias offuderint, quemadmodum apud græcos inter Philosophos Heraclitus, de quo Luci: diuine cecinit, ut solet. Heraclitus init quor, Dux præclia primus Clarus ob obscuram linguam. Et inter Poetas Lycophron de quo est uulgatissimum illud, tenebrasq; Licophronis atri, et apud Latinos cum non nulli alij; tum Ouidius Naso, in eo opere, quod ab ipso in Ibim inscriptum est, que obscuritas cum multis ipsis aliis modis ac rebus fit, tum uero ambiguitate et ampbibologia comparat, et precipue ἀλληγορία, q Latine inuersio à non nullis dicit, cum aliud uerbis, aliud sensu ostendit, ac etiam interim contrarium, sed maxime omniũm obscuret sermo ænigmatibus, que nibil aliud sunt, quam, ut Fabius Quintilianus ait, obscuries allegorici, quod genus Vergiliana illa in Buccol: Die quibus in terris, que ferè omnia nobilissimi Adolescentes in hoc breuissimo quidem, sed obscurissimo difficillimo, et mea quidè sententia Theocrito idillio, qd nos uerbum è uerbo Poematium appellare possumus, reperiunt

quod nos florentissimę Academię nostrę Laudabile, nisi fallor, institutum, ac consuetudinem sequentes Principiq nostro obtemperates hodierno die pro uiribus nostris intergetari conabimur, quod ut melius, ac facilius prestare possimus, queso uos, dum eius argumentum paucis enarro, benigne ut facitis, ac diligenter attendite

Antonius Maria Paccius à Regio Lepidi unus ex Academicis nostri Nobilis' Adolescentes, cum elegantissimam orationem composuisset de Laudibus eloquentię, et declamandi exercitatione, statuerat eam hodierno die uobis omnibus publicè recitare, ut uos satis quidem sponte uestra accensos, et cum Legibus Academię nostrę, institutisq permotos, ac excitatos, tum uero suasu, et auctoritate eloquentissimi pariter, ac doctissimi uiri Ioannisbaptistę Montani Medici excellentissimi huiusce Academię Patris adductos, magis tum suis uerbis, adhortationeq ad ipsius eloquentię studium consuetudinemq declamandi, qui usus omninò extinctus è nostris temporibus, inflammaret. Verum ut sunt res humanę, heri uesperi incidit in febrem, non tamen ita grauem, ut prorsus desperaret, se se, quod instituerat prestare posse. Atq longe aliter cecidit res, q̃ putarat, nam eum non modo febris non reliquit adhuc, aut quicquam deminuta est. uerum etiam semper paulatim ita creuit. ut hac ipsa, qua ille hora dicturus erat, ea sit ęp ut inquiunt greci, quod cum paulo ante significari fecisset Vincentio Magio Propincipi nostro, et si ille etiam sic febricitans munus suum obire uellet, eius tamen ualetudinis habendam esse rationem censuit humanis-

simus

simus, ac prudentissimus uir Propincipè noster · quare mihi cum reliqui adhuc non conuenissent, mandat, ut cum eum uobis uniuersis, singulisq ex-
cusarem, tum ut aliquid etiam interpetrari conarer, ne uos frustra om-
nino huc accessisse uideri possetis · quod ergo et si periculosum esse ui-
debam, presertim mihi et Latinè loquendi insueto, et in hac interpetrandi
palestra nunquam hactenus exercitato, tamen fretus benignitate uestra, et
propincipis nostri prudentia, atq humanitate, non recusaui · cumq Carolus
Strola forte fortuna Albq Tibulli librum secum attulisset unam ex eius
doctissimis, atq elegantissimis elegijs interpetrandam suscepi, cuius initiu
est · qui te cherinte, cuius argumentum dum breuibus uerbis expono, quę-
so uos, attente me, ut facitis, et diligenter audite ·

Cum ad eam philosophię partem, siue potius instrumentum, quę à
grecis · Latine diligens disserendi ratio à Cicerone appellat[a] in
hac preclarissima urbe interpetrandum adscitus essem Iustissime, atq
optime Princeps, statui cum in ea facultate, tum in reliquis philosophię
partibus, nec non etiam in arte medica non nullas quęstiones, ut in mo-
re positum est, publice disputandas proponere, quas cum typis imprimere
ceu fieri solet, et alicui Principi uiro nuncupare uellem, magnum dede-
cus, et expiabile facinus admittere mihi uisus essem, si aliquem tibi mor-
talium pręposuissem, qui, ut corporis, et fortunę bona tanquam aliena prę-
termittam, ea uirtute animi, his moribus, tanta prudentia, tam magna
sapientia semper et fuisti, et habitus es, ut in patrię tuę, et iustissimæ
pariter, ac potentissimę reip: Veneta Ducem, quo quid maius, aut

preclarius dici, fingine potest! in tanto, et tam sapienti concilio,
tam diligenti, magno ciuium studio, et ardore, maiori
Senator gratia, et concordia populor lętitia, et gratulatione unus
ex omnibus periculosissimo tempore electus fueris · Accedebat adhęc,
quod ut te ut philosophię consultissimum, sic etiam philosophor amantissimum esse non solum de alijs intellexeram, sed ipsa quoq iam pridem cognoueram, nec minimum ne, ut uerum ingenuè fatear, ad hanc rem impulit ea, quę te in primis, et omnem familiam tuam pater meus, totaq domus nostra non uulgaris beneuolentia, atq incredibis obseruantia magis magisq in dies semper hactenus prosecuta est, et posthac maximè prosequet, ut taceam id, quod minime tacendum uidetur, ea esse philosophię studia, ut tanquam lumina quędam ~~lumina~~ clarissima omnibus mortalibus procul illuceant, et idcirco in perspicuis, et maximè eminentibus locis collocari debere, ut non solum longius appareant, uerum etiam latius suo splendore illustrare possint · His itaq ~~que~~ atq alijs iustissimis mittere uolui non tam ut per illum aditum ad amplitudinem tuam boni· moribus semper apertum, patefacerem

Si quemadmodum ad hanc remp: nostram gerendam summum semper studium, et egregiam in primis voluntatem attuli: sic etiam vires mihi, atq; fortunæ pares fuissent; nihil dubito Patres optimi. Vosq; huiusce Inflammatæ Academiæ ornatissimi Adolescentes, quin ut mente mihi, animoq; penitus in hoc meo Principatu satisfeci, ita et rebus pariter, rebus ipsis operibusq; satisfecissem. Verum cum ita res se se habeant res humanæ, ut varijs subiecte casibus, multa præter spem, ac contra voluntatem nostram saepissime afferant, nihilq; à quoquam, nisi id, quod præstare potest, requirendum sit, paratissimum mihi apud Vos prudentissimos, atq; humanissimos viros excusationem esse video si qua in re toto hoc tempore principatus nostri non quidem voluntate, aut negligentia mea, sed rei ignoratione, aut imprudentia peccatum est. Equidem quicquid ingenij, quicquid consilij, quicquid mihi virium fuit, totum in hanc rem contuli, ut et vobis tantis, ac talibus non indignus omnino Princeps, et familiæ huic nostræ quam maxime utilis esse possem, quippe qui nihil antiquius, ita sim felix, nihil unquam, unam reip: Venetam meam semper excipio, neq carius, neq gratius Academia hac, vobisq; omnibus in vita habuerim. Quocirca, tametsi rei à me gestarum rationem reddere legibus nostris non cogor, tamen si summa earum factorum mea sponte breuiter percurrero, quo melius consilium animusq; in hanc reip: meus ab omnibus cognosci possit, et rem optimi exempli facisse mihi videbor, et vobis, uti arbitror, erit non iniocundum. Cum itaq; mihi Venetijs agenti scriptum, ac negociatum esset, me ex propinqua Academiæ nostræ Principem factum, ac declaratum fuisse; negare non possum me tot, ac tantorum virorum cum iudicio tum etiam, ac

multo sane magis amore non mediocriter delectatum esse? Sed paulo
post cum ad me redijssem, cepissemq; animo mecum cogitare qui Patres,
quot doctissimi uiri; quam multi lectissimi totius Italiæ Adolescentes,
quanta, et quam preclara in omnium doctrinar disciplinis ingenia
uni mihi cum ingenio, et doctrina, tum etate, et experientia mul-
to pene omnibus inferiori regenda, et quasi gubernanda committe-
rent; nihil propius factum est, quam ut honorem hunc, atq onus
utpote meis uiribus longe impar reijcerem, atq renunciarem, quod
feciissem sane, ut rei magnitudo, et meus pudor postulabant, nisi ue-
ritus essem ne secus, atq à me fieret, à nonnullis obtrectatoribus ac-
ciperet, et quod uerecundia impeditus recusassem, id superbiæ aut
arrogantiæ adscriberet, faciendum itaq putaui; nobis ut pareren,
atq ut hanc prouinciam solenni, et statuto die suscipere possem, sta-
tim relectis rebus omnibus Patre, socerog meis reclamantibus, ac
pene inuitis Patauium profectus sum, Magistratum summa religione
solitaq cerimonia, duabus habitis orationibus, altera Latina, altera
etrusca publice inij, consiliarios duos, ut leges nostræ iubent pru-
dentissimos, atq fidelissimos, alterum Patauinum, Romanum alte-
rum nobis probantibus delego mihi. Censor, reliquosq magistra-
tuum creationi, ut rite, atq ordine fierent non solum interfui, sed
etiam magistratus mei iure prefui. Ego, quod à Leonte Vernio au-
store, et primo Principe nostro de hac rep: optime merito cogitatum
quidem, atq institutum, non dum propter repentinum eius, atq inopina-
tum ex hac urbe discessum perfectum fuerat, domum hanc, in qua coji-
re, et conuenire possemus publico Academiæ nomine conduxi, lectiones

non

non modo extraordinarias festis diebus, qui legerent, ut antea fieri solebat, semper quod mei muneris erat, elegi, atq; instituì, sed ut etiam aureus ille, ac planè diuinus Aristotelis liber de uita, et moribus. à Benedicto Varchio ordinario munere interpretaretur, perfeci. Me auctore triennio illa, quam quisq; nostrum in sumptus Academiæ necessarios singulo quoq; mense persoluebat, sublata omnis est, ratioq; inuenta, ut nemo nisi uolens atq; etiam Academicor. suffragijs approbantibus, quicquam imperaret, persuasi etiam multis iustisq; de causis, quas non ignoratis. adductus, lex ut ferretur, ne quis toto Principatus mei tempore, nisi egregia aliqua, preclaraq; nota insignis in hunc numerum nostrum, atq; in hanc famil: liam cooptari, et adscribi posset. In celebrandis uerò conuentibus nostris, coeterisq; rebus tum agendis tum dicendis, quam frequens, ac sedulus, quanq; etiam diligens, ac liber fuerim, scitis ipsi Vos, me certe commemorare non decet, sane nunquam abfui, nisi semel, cum Venetijs magnis de rebus necessariò soluissem, atq; iterum cum ineunte hyeme non leui morbo tentatus essem, quo tempore, quasi diuinarem quid postea futurum esset. Galeatius Consagam non minus nobilitate, ac dignitate insignem, quam moribus, et uirtute precellentem propincipe tanquam animi mei ℔ iudicium quoddam reliqui uobis, sed ne singula minutatim persequar ac potius, quę mihi in mentem plurima ueniunt, in pauca conferam. omnem curam, omnem operam, omnem industriam, ac diligentiam die, noctuq; adhibui, in hoc uno denique omnem mentem, ac cogitationes meas fixi, et locaui, ut ne Vos tanti mihi mandati honoris, summęq; in hac secta dignitatis poenitere unquam posset, quod si ut spero, opto quidem certe secutus sum, incredibiliter mehercule gaudeo

ac Deo opt: max: ingentes, immortalesq; gratias ago, habeoq; · Sin minus scitote Viri Academici, ac pro certo, compertoq habetote non voluntatem mihi, neq studium, sed vires, atq fortunam defuisse · Nec Vos tamen arbitrari vellem hæc idcirco à me commemorata esse, quod ea magno existimem, aut nesciam quacunq ea fuerint non ipsi mihi, sed vobis omne tribui, assignariq debere · Ego n· ut me singulis vobis memi-
neram, sic universis mihi favendum esse non ignorabam, quare om-
nia ad præscriptum legum nostrorq, omnia de magistratuum consiliiq
sententia semper gessi, ut debebam, præsertim in tanta talium virorq,
nam ut taceam sapientissimos hosce patres, prudentissimos consiliarios
doctissimos censores, religiosq egregios magistratus, tacere certe nec
possum, nec debeo, quam fideli, atq optima opera Vcolini Martelli Se-
cretarij nostris in omnibus rebus usus sim, qui et si non dum ætate
Adolescens natu minimus, moribus tamen, et pru-
dentia senex, quantum ingenio valeat, quantum eloquentia polleat,
quantum deniq doctrina, atq elegantia præstet, et ante hac sæpe, et ho-
dierna dies summa cum voluptate, atq admiratione omnes auditis.